



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorum Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis, qui
exaltas me de portis mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Ecce iterum Almuth nostræ personam describit, pulchre exponens rationem
 tituli. Nam dum sanguinem pauperum & clamorem recenser, nonne indicat
 imaginem mortis & omnium passionum portari ab ista Almuth? Vere nouum
 genus hominum, quod sub morte uiuit, sed passione gaudet, sub oppressione
 uiuicat, sub obliuione sui clamans exauditur. Quomodo potuit profundius ab
 scondi, q̄ sub sanguine? Itaq; si quis hucusq; dubitauit Martyres hoc psalmo
 loqui, hunc uersum legat & sanguinem eorum obseruet.

Nouum hominum genus.

Ita uidemus quoq; quibus uiribus uicerint Martyres, scilicet sanguine & cla
 more. Et q̄ longe a facie primitiua Ecclesie recesserit Ecclesia hodierna, quæ
 uel Babylone cruentior, potius aliorum sanguinem fundit, & clamores in cœ
 lum contra se concitat, arbitrata se obsequium prestare deo. Siue autem hunc
 uersum apertè ad præterita mala, quibus à ludæis afflictus est iuuentus Martyrū,
 siue ad præsentia & futura inter gentes ferēda, parum refert; quanq̄ priorisen
 sui magis conuenit se quæ textus, cū in has studia dei declarēt, q̄bus a Iudaico
 furore liberata est, ut ostendat quid prædicandum sit inter gentes de studijs dei,
 & ob quod psallendū ei sit, nā statim dicit de malis inter gentes ferendis.

*Victoria primi
 titiua Eccle
 sia.*

Recordationem uero sanguinis sanctorum & memoriam clamoris paupe
 rum, primo intelligimus suauiter de conuersione impiorum, merito sanguinis
 & clamoris Martyrum, facta. Sicut sanctus Stephanus, Paulum, Laurentius,
 Hippolitum & in summa, Ecclesia totum mundum sanguine & oratione con
 uertit. Deinde seueriter in eos, qui contemptra hac suauitate, manent in sua im
 pietate. De quibus Christus Lucæ. xviij. Audite quid iudex iniquitatis dicat:
 Deus autem non facit uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac
 nocte? Dico autem uobis, quia cito faciet uindictam illorum.

*Recordatio
 sanguinis, suauiter
 mitur suauiter
 ter & seueriter.*

Vide q̄ sibi ubiq; consistit Euangelica doctrina, & uita: Christianorum est,
 non reddere malum, nec retaliare, nec uindictam facere: Ita hoc uersu Marty
 res fundunt quidam sanguinem, nec tamen aliud faciunt, nisi quod clamant,
 ut & nos erudiamur, oportere quemlibet in sua causa patientem & uacuum uin
 dictæ esse, ac sola oratione, ad deū conuerti. Sicut Ro. xij. dicit: Non defenden
 tes uosmeripfos charissimi, sed date locū iræ: Scriptū est enī, Mihi uindictam,
 & ego retribuam. Verū hoc olim erat præceptū necessarium, q̄ Euageliū flo
 rebat, nūc regnātib; opinionibus, factū est consilium perfectis datum.

*Patiētia i pro
 pria causa.
 Præceptū oli
 nūc cōsiliū.*

Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis,
 qui exaltas me de portis mortis.

Dixit Hieronymus sic: Vide afflictionē meam ex inimicis meis. Quare hu
 militas hoc loco manifeste uilitatem, oppressionem, laborem significat, quod
 & frequenter pro pauperibus accipitur in scripturis, quasi dicas, tristitiā ac mo
 lestiam animi, qua laborat sub inimicis. Inimici proprie hoc loco, ab odiēdo,
 osiores hebraice dicuntur. Tum illa locutio latinis insolita est, humilitatem me
 am de inimicis meis. Eclypsis enim esse uidetur in hunc modum supplenda;
 Vide humilitatem meam, quam patior ab osoribus meis.

Humilitas.

Est itaq; huius uersus affectus in his, qui uictis aliquot malis, iterū præmun
 tur, clamant & orant, ut liberentur: ut non modo indicet sanctos assidue tribu
 lationibus expositos esse, uerum & Ecclesie formam præscribat, in cuius per
 sona psallit, quæ in præcedentibus Martyribus confitetur & gloriatur: In præ
 sentibus gemit & clamat: pro futuris orat & optat. Vnde & hic cū petit respici
 T ij suam

*Ecclesie sor
 ma.*

T ij suam

suam afflictionem per misericordiam dei, recenset priora dei mirabilia, quod etiam a portis mortis eam exaltarit.

*Pauli graua-
mins.*

Exemplum autem huius uersus pro mea ruditate, pulchrum exhibuit Apostolus Paulus, in tribulationibus quibus grauabatur in Asia, scribens. ij. Cor. quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita, ut tederet nos etiam uiuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus confidentes in nobis, sed in deo, qui suscitauit mortuos, qui de tantis periculis eripuit, & eruit, in quem speramus, quoniam adhuc eripiet, adiuuabitibus uobis in oratione pro nobis. Itaque arguit a maiori tam Apostolus quam Propheta. Si (inquit) a portis mortis exaltasti antea, etiam nunc cum molesti mihi sunt osiores mei, & in afflictione mea, miserere mei. Facile fidelis est & sperat in minori malo, qui in maxime expertus est spei fructum.

*Portas mortis
quid intel-
ligas.*

Hanc portam mortis, grauissimam esse persecutionem credo, quam Apostolus responsum mortis in seipso uidetur appellare. Scio quidem in scripturis portas solere accipi pro curijs, aut consistorijs, ubi iudicium accipiebatur, ut uerba sequente uidebimus: Alios autem tropologiam secutos, per portas mortis intelligere uitia seu peccata, quibus peruenitur ad mortem. At simplici sensu contenti, mortem istam corporalem (ut dixi) accipiemus, & portam, ingressum eiusdem, ut sit porta mortis, introitus mortis, seu mors instans & uergens. Quae & si parui momenti sit ad mortem aeternam, tamen nisi uictrice gratia dei superetur prorsus nihil differt ab aeterna morte, immo est uere initiu aeternae mortis: Alioquin uix dormitio uocatur & somnus, seu requies sanctorum. Quare Epitaphin obseruamus in porta mortis, ut intelligamus, Apostolum & sanctos Martyres cum morte sic pugnasse, ut senserint quendam gustum aeternae mortis: Quem & Christus Matt. xvj. per portas inferi significasse uidetur. Nisi enim atrocius aliquid sensibili morte indicaret, non tam ardentibus & potentibus uerbis uteretur, dicens de portis mortis,

Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiae Zion, exultabo in salutaris tuo.

Sic enim hebraeus uersus finit. Et quod hic annunciem, supra uersu primo dixit: Narrabo, idem utrobique uerbum. Potuit autem & sic transferre: Propterea enarrabo omnes laudes tuas. Omnes laudes dicit, eodem tropo, quo supra omnia mirabilia dixit. Affectus autem iste, psalmo. v. tractatus est, ubi dictum est, quomodo gloriantur in domino, qui diligunt nomen eius: delectantur enim eius laudem annunciare & praedicare: Ideo petunt adiuuari & sustinent uiriliter dominum futurum adiutorem, qui nisi ueniret, laus quoque eius peritura periret. Sicut psalmo. vj. dictum est: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Ita & hic dicit, se exaltatum a portis mortis, ut laudes eius enarret, & exultet in salutaris eius.

Vnde uidemus hunc psalmum in persona totius Almath cantari. Martyres enim occisi, non enarrant laudem dei in Ecclesia militante, sed reliqui, qui data pace, aut uictis impijs, supersunt, aut succedunt: Cum ideo narrentur laudes eius, ut nota fiant opera dei & nomen eius cognoscatur in consolationem & spem fidelium, atque in conuersionem infidelium. In caelo enim, ubi omnes uident gloriam dei, non indigent praedicante: In terra autem, ubi gloria dei nullo modo